

THEORICA
DE LUNA.

PRIMA PARS DE ORBIBVS
& centrīs.

LVNA habet orbēs quatuor & vnam sphaerulam. Primo enim habet tres orbēs, sicut sol in figuratione dispositos, scilicet duos eccentricos secundum quid, qui vocantur orbēs augem eccentrici lunæ deferentes, & tertium eccentricum simpliciter in horum medio locatum, qui deferens epicyclum appellatur. Deinde habet orbem mundo concentricum aggregatum ex tribus alijs ambientem, qui deferens caput draconis dicitur. Vltimo habet sphaerulam, quæ vocatur epicyclus, profunditati orbis tertij immersam, in quo quidem epicyclo corpus lunare figitur.

THEORICA ORBIVM
& centrorum lunæ.

Χόλις